Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sermone eius et cogitabat qualis
esset ista salutatio. Et ait an
gelus ei. Ne timeas maria:
inuenisti enim gratiam apud do
minum. Ecce concipies in utero
et pies filium: et uocabitur
nomen eius ihesus. Hic erit
magnus: et filius altissimi
uocabitur. Et dabit illi dominus
deus sedem dauid patris sui:
et regnabit in domo iacob
in eternum et regni eius non
erit finis. Dixit autem maria
ad angelum. Quomodo fiet istud
quoniam uirum non cognosco? Et re
spondens angelus dixit ei. Spi
ritus sanctus superueniet in te
et uirtus altissimi obumbra
bit tibi. Ideoque et quod nasci
tur ex te sanctum uocabitur filius
dei. Ecce elisabeth cognata
tua: et ipsa concepit in senec
tute sua: et hic mensis sextus
est illi que uocatur sterilis quia
non erit impossibile apud
deum omne uerbum. Dixit at
maria ad angelum. Ecce ancilla
domini fiat mihi secundum uerbum tu
um. Offertorium. Confortamini iam
et nolite timere ecce enim deus noster re
tribuet iudicium ipse ueniet et sal
uos faciet nos. Secreta. Accepta

tibi sint domine munera nostra
iugiter oblata. que et expiando nos
tua gratia dignos efficiant
et ad sempiterna promissa pon
gant. Per. Com. Ecce uirgo con
cipiet et pariet filium et uocabitur no
men eius emanuel. Post. Salu
tares tui domine munere sacra
ti supplices deprecamur. ut cui
letamur gustu renouemur effec
tu. Per. Feria sexta inter.
Prope esto domine et omnes uie
tue ueritas mea cognoui de testimonijs
tuis quia in eternum fundasti eos. Ps. Beati im
maculati in uia qui ambulant in le
ge domini. Hec oratio cum salutatione
et genu flexione recitat. Oremus.
Gratiam quesumus omnipotens deus
tuam et uenia. ut hi qui in tua
pietate confidunt ab omni ma
aduersitate liberentur. Secreta. Deus
qui de uirginis tertia. Dicitur Lectio
Et dicit dominus ysaie prophete.
Egredietur uirga
de radice yesse: et flos de radice
eius ascendet. Et requiescet su
per eum spiritus domini: spiritus sapie
et intellectus. spiritus consilij et
fortitudinis spiritus scientie et pie
tatis: et replebit eum spiritus
timoris domini. Non secundum